



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

20. De Qvalitate Et Modo Vestimenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

DE QVALITATE ET MODO VE-
stimenti.

20.

Vestimenta autem vnius coloris semper esse iubemus, verbi gratia, Alba vel nigra, vel vt ita dicam, burella. Omnibus aut milibus professis in hyeme & in aestate, si fieri potest, alba vestimenta concedimus, vt qui tenebrosam vitam postposuerint, per liquidam & albam suo conditori se reconciliari agnoscant. Quid albedo? nisi integra castitas. Castitas, securitas mentis, sanitas corporis est. Nisi enim vnumquisque miles castus perseuerauerit, ad perpetuam requiem venire, & Deum videre non poterit; testante Apostolo Paulo: Pacem sectamini cum omnibus & castimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. Sed quia huiusmodi indumentum arrogantię ac superfluitatis estimatione carere debet, talia habere omnibus iubemus, vt solus leniter per se vestire & exuere, & calciare ac discalciare valeat. Procurator huius ministerij per uigili cura hoc vitare præsumat, ne nimis longa aut nimis curta, sed mensurata ipsis utentibus, secundum vniuersiusq; quantitatem suis fratribus tribuat. Accipientes itaq; noua, vetera semper reddat in præsenti, reponenda in camera, vel ubi frater, cuius est ministerium, decreuerit, propter armigeros & clientes, & quandoque pro pauperibus.

D S

QVOD